Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

scribe et seniores conue-
nerant. Petrus autem
sequebatur eum alonge
usque in atrium principis
sacerdotum; et ingressus
intro sedebat cum ministris
ut videret finem.
Principes autem sacerdotum
et omne concilium quæ-
rebant falsum testimo-
nium contra ihsum ut eum
morti traderent. Et non
inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent.
Nouissime autem uenerunt
duo falsi testes et dixerunt
Hic dixit possum destru-
ere templum dei et post
triduum reedificare illud.

Surgens princeps sac-
erdotum ait illi. Nichil
respondes ad ea quæ isti
adiuersum te testificantur.
Ihs autem tacebat. Et sur-
gens princeps sacerdo-
tum ait illi. Adiuro
te per deum viuum ut di-
cas nobis si tu es xpis
filius dei. Dicit illi ihs.
Tu dixisti. Verumtam-
en dico uobis amodo
uidebitis filium ho-
minis sedentem ad dex-
teram uirtutis dei et uen-
entem in nubibus celi.
Tunc princeps sacerdo-
tum scidit uestimenta
sua dicens. Blasphema-